

Consilium f
cum fonte primo

Valde fortitudo destruitur
nisi per consilium fulciatur
quia quo plus se posse conspicit,
eo uirtus sine moderamine deterius
in preceps ruit.

Vile est consilium, cui robor fortitudinis deest,
quia quod tractando inuenit carens uiribus
usque ad perfectionem operis non perducit; et
ualde fortitudo destruitur
nisi per consilium fulciatur,
quia quo plus se posse conspicit
eo uirtus sine rationis moderamine deterius
in praeceps ruit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 1.32
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.49, ll.30-35).

Mens que intus sedem consilii perdidit,
foras se per desideria innumerabiliter spargit.

Liquet enim quod
mens quae intus consilii sedem perdiderit,
foras se per desideria innumerabiliter spargit.

Gregorius in moralibus.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 6.16
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.302, ll.144-146).